

[61] Sed tamen venēnum unde fuerit, quem ad modum parātum sit, nōn dīcitur. Datum esse āiunt huīc P. Liciniō, pudentī adulēscētī et bonō, Caelī familiārī; cōnstitūtum esse cum servīs, ut venīrent ad balneās Sēniās; eōdem Licinium esse ventūrum atque eīs venēnī pyxidem trāditūrum. Hīc prīmum illud requīrō, quid attinuerit ferrī in eum locum cōnstitūtum, cūr illī servī nōn ad Caelium domum vēnerint. Sī manēbat tanta illa cōnsuētūdō Caelī, tanta familiārītās cum Clōdiā, quid suspīciōnis esset, sī apud Caelium mulieris servus vīsus esset? Sīn autem iam suberat simultās, exstīncta erat cōnsuētūdō, discidium exstiterat, ‘hinc illae lacrimae’ nīmīrum, et haec causa est omnium hōrum scelerum atque crīminum.

[62] ‘Immō,’ inquit, ‘cum servī ad dominam rem tōtam et maleficium Caelī dētulissent, mulier ingeniōsa praecēpit hīs ut omnia Caeliō pollicerentur; sed ut venēnum, cum ā Liciniō trāderetur, manifestō comprehendī posset, cōstituī locum iussit balneās Sēniās, ut eō mitteret amīcōs, quī dēlitīscerent, deinde repente, cum vēnisset Licinius venēnumque trāderet, prōsilirent hominemque comprehenderent.’ Quae quidem omnia, iūdicēs, perfacilem ratiōnem habent reprehendendī. Cūr enim potissimum balneās pūblicās cōstituerat? in quibus nōn inveniō quae latebra togātīs hominibus esse posset. Nam sī essent in vestibulō balneārum, nōn latērent; sīn sē in intimum conicere vellent, nec satis commodē calceātī et vestītī id facere possent et fortasse nōn reciperentur, nisi forte mulier potēns quadrantāriā illā permūtātiōne familiāris facta erat balneātōrī.

[63] Atque equidem vehementer exspectābam, quīnam istī virī bonī testēs hūius manifestō dēprehēnsī venēnī dīcerentur; nūllī enim sunt adhūc nōminātī. Sed nōn dubitō, quīn sint pergravēs, quī prīmum sint tālis fēminae familiārēs, deinde eam prōvinciam suscēperint, ut in balneās contrūderentur, quod illa nisi ā virīs honestissimīs ac plēnissimīs dīgnitātis, quam

[61] Maar waar het vergif vandaan is gekomen, op welke wijze het is bereid, wordt niet meegedeeld. Ze zeggen, dat het aan de hier aanwezige Publius Licinius is gegeven, een eerzaam en rechtschapen jongeman en een intieme vriend van Caelius; dat met de slaven was afgesproken om naar het badhuis van Senia te komen; dat Licinius ook daarheen zou komen en hij aan hen het doosje met vergif zou overhandigen. Nu wil ik eerst het volgende vragen: welk nut heeft het gehad het op die afgesproken plaats te laten brengen, waarom die slaven niet bij Caelius thuis zijn gekomen. Als die zo grote intieme omgang van Caelius nog bestond, zo'n grote vertrouwelijkheid met Clodia, wat voor verdachts zou er zijn, als er bij Caelius een slaaf van de vrouw zou zijn gezien? Maar als er al een gespannen verhouding onderhuids aanwezig was, de intimiteit verdwenen was [en] er een verwijdering was ontstaan, 'hierdoor die tranen' natuurlijk en dit is de oorzaak van al deze misdaden en aanklachten.

[62] 'Nee, integendeel', zegt hij, 'nadat de slaven de hele zaak en het misdadige plan van Caelius tegen hun meesters hadden verteld, heeft de scherpzinnige vrouw hun opgedragen om Caelius alles te toe te zeggen; maar om het vergif, wanneer het door Licinius zou worden overhandigd, duidelijk aan het licht te kunnen brengen, beval ze dat als plaats moest worden afgesproken het badhuis van Senia, om daarheen vrienden te sturen, die zich moesten verstoppen, daarna plotseling, wanneer Licinius was gekomen en het vergif overhandigde, te voorschijn moesten springen en de man moesten grijpen.' Dit alles kan natuurlijk, leden van de jury, zeer gemakkelijk worden weerlegd. Want waarom had ze nu juist een openbaar badhuis bepaald? Ik zie niet welke schuilplaats daarin voor in toga geklede mannen zou kunnen zijn. Want als ze in de ingangshal van het badhuis zouden zijn, zouden ze niet verborgen zijn; maar als ze zich snel in het inwendige zouden willen verbergen, zouden ze dit niet gemakkelijk genoeg met schoenen en kleren aan kunnen doen en misschien zouden ze niet toegelaten worden, als niet toevallig een invloedrijke vrouw tegen de uitwisseling van vijf stuivers een vriendin van de badmeester was geworden.

[63] En ik voor mij heb er gespannen op zitten te wachten [te horen] wie dan wel die rechtschapen mannen waren, die als getuigen werden genoemd van dit duidelijk ontdekt vergif; want er is nog geen enkele genoemd. Maar ik betwijfel niet dat het zeer gewichtige [mensen] zijn, die immers ten eerste de intimi van een dergelijke vrouw zijn, ten tweede, omdat ze zo'n taak op zich hebben genomen, om zich in een badhuis oopen te laten pakken, wat ze, behalve van zeer eerzame en van aanzien zeer vervulde mannen, al is ze nog zo invloed-

velit sit potēns, numquam impetrāvisset. Sed quid ego dē dignitāte istōrum testium loquor? virtūtem eōrum dīligentiamque cōgnōscite. ‘In balneīs delitūerunt.’ Testēs ēgregiōs! ‘Dein temere prōsiluērunt.’ Hominēs temperantēs! Sīc enim fingitis, cum Licinius vēnisset, pyxidem tenēret in manū, cōnārētur trādere, nōndum trādidisset, tum repente ēvolāsse istōs praeclārōs testēs sine nōmine; Licinium autem, cum iam manum ad trādendam pyxidem porrēxisset, retraxisse atque ex illō repentīnō hominum impetū sē in fugam coniēcisse. Ō māgna vīs vēritātis, quae contrā hominum ingenia, calliditātem, sollertiam contrāque fictās omnium īnsidiās facile sē per sē ipsā dēfendat!

[64] Velut haec tōta fābella veteris et plūrimārum fābulārum poētriae quam est sine argūmentō, quam nūllum invenīre exitum potest! Quid enim? istī tot virī – nam necesse est fuisse nōn paucōs, ut et comprehendī Licinius facile posset et rēs multōrum oculīs esset testātior – cūr Licinium dē manibus amīsērunt? Quī minus enim Licinius comprehendī potuit, cum sē retraxit, nē pyxidem trāderet, quam sī trādidisset? Erant enim illī positī, ut comprehenderent Licinium, ut manifestō Licinius tenērētur, aut cum retinēret venēnum aut cum trādidisset. Hoc fuit tōtum cōnsilium mulieris, haec istōrum prōvincia, quī rogātī sunt; quōs quidem tū quam ob rem ‘temere prōsiluisse’ dīcās atque ante tempus, nōn reperiō. Fuerant ad hoc rogātī, fuerant ad hanc rem collocātī, ut venēnum, ut īnsidiae, facinus dēnique ipsum ut manifestō comprehenderētur.

[65] Potuēruntne magis tempore prōsilīre, quam cum Licinius vēnisset, cum in manū tenēret venēnī pyxidem? Quae cum iam erat trādita servīs, sī ēvāsissent subitō ex balneīs mulieris amīcī Liciniumque comprehendissent, implōrāret hominum fidem atque ā sē illam pyxidem trāditam pernegāret. Quem quō modō illī reprehenderent? vīdisse sē dīcerent? Prīmum ad sē revocārent māximī facinoris crīmen; deinde id sē vīdisse dīcerent, quod, quō locō collocātī fuerant, nōn potuissent vidēre. Tempore igitur ipsō sē

rijk, nooit gedaan had gekregen. Maar waarom spreek ik over het aanzien van die getuigen? Hoort hun kwaliteit en zorgvuldigheid. ‘Ze hebben zich in een badhuis verstopt.’ Voortreffelijke getuigen! ‘Daarna zijn ze zomaar opgedoken.’ Beheerste mannen! Want zo stelt u het voor: dat, toen Licinius was gearriveerd, hij het doosje in zijn hand hield, dat probeerde te overhandigen, maar nog niet had overhandigd, toen die voortreffelijke naamloze getuigen tevoorschijn waren gestormd; maar dat Licinius, toen hij zijn hand om het doosje te overhandigen al had uitgestoken, dat hij die weer had teruggetrokken en als gevolg van die plotselinge opstoot van mensen zich uit de voeten had gemaakt. O grote macht van de waarheid, die tegen de vindingrijkheid van de mensen, hun geslepenheid [en] sluwheid en tegen de beraamde listen en lagen zichzelf geheel op eigen kracht verdedigt!

[64] Zoals bijvoorbeeld dit hele sprookje van een oude dichteres van zeer vele verhalen, wat is het zonder inhoudelijke waarde, hoezeer kan het geen afloop vinden! Wat is er namelijk aan de hand? Die mannen – want het moeten er niet weinig zijn geweest zowel om Licinius gemakkelijk te kunnen grijpen als om de zaak door de ogen van velen beter bewijsbaar te laten zijn – waarom hebben ze Licinius uit hun handen laten ontsnappen? Want waarom kon Licinius minder gemakkelijk worden gegrepen, toen hij zich had teruggetrokken om het doosje niet te hoeven overhandigen, dan als hij het zou hebben overhandigd? Want zij waren daar neergezet om Licinius in de kraag te grijpen, om Licinius duidelijk te betrappen, ofwel met het vergif in zijn bezit dan wel, wanneer hij het zou hebben overhandigd. Dit was het hele plan van de vrouw, dat was de taak van degenen, die zijn gevraagd; waarom u weliswaar zegt dat die ‘zomaar tevoorschijn waren gesprongen’ en te vroeg, zie ik niet in. Ze waren juist hiervoor gevraagd, ze hadden zich juist hiervoor opgesteld om het vergif, om de heimelijke aanslag, kortom, om de misdaad zelf duidelijk aan het licht te brengen.

[65] Konden ze niet tijdiger tevoorschijn komen, dan toen Licinius was gearriveerd, toen hij het doosje vergif in zijn hand hield? Wanneer het al aan de slaven was overhandigd, als de vrienden van de vrouw plotseling uit het badhuis tevoorschijn zouden zijn gekomen en Licinius zouden hebben gegrepen, zou hij de hulp van de mensen inroepen en hardnekkig ontkennen dat dat doosje door hem [was] overhandigd. Op welke manier hadden ze hem moeten weerleggen? Hadden ze moeten zeggen, dat ze het hadden gezien? Ten eerste zouden ze dan een aanklacht van een zeer ernstig misdrijf over zichzelf afroepen; ten tweede zouden ze hebben moeten zeggen, dat ze iets hadden gezien, wat ze, vanuit die plaats waar ze waren opgesteld, niet hadden kunnen zien.

ostendērunt, cum Licinius vēnisset, pyxidem expedīret, manum porrigeret, venēnum trāderet. Mīmī ergō est iam exitus, nōn fābulae; in quō cum clausula nōn invenītur, fugit aliquis ē manibus, deinde scabilla concrepant, aulaeum tollitur.

[66] Quaerō enim, cūr Licinium titubantem, haesitantem, cēdentem, fugere cōnantem mulierāria manus ista dē manibus amiserit, cūr nōn comprehenderit, cūr nōn ipsius cōfessiōne, multōrum oculīs, facinoris dēnique vōce tantī sceleris crīmen expresserint. An timēbant, nē tot ūnum, valentēs imbecillum, alacrēs perterritum superāre nōn possent? Nūllum argūmentum in rē, nūlla suspīciō in causā, nūllus exitus crīminis reperiētur.

Dus vertoonden ze zich juist op het tijdstip dat Licinius was gearriveerd, het doosje tevoorschijn haalde, zijn hand uitstak [en] het vergif overhandigde. Van een klucht is dit dus nu de afloop, niet van een toneelstuk; en toen er daarin geen slot kon worden gevonden, ontsnapt er iemand uit hun handen, daarna klinken de kleppers [en] wordt het scherm opgehaald.

[66] Want ik vraag me af, waarom die bende van de vrouw, toen Licinius weifelde, aarzelde, weggang [en] probeerde te vluchten, hem uit hun handen heeft laten ontsnappen, waarom ze hem niet hebben gegrepen, waarom ze niet op grond van zijn eigen bekentenis, op grond van de ogen van velen, kortom op grond van de taal van de daad de aanklacht van een zo grote misdaad hebben opgesteld. Of waren ze bang dat zoveel krachtige, aanvalslustige [mannen] niet één zwakke, hevig verschrikte [man] niet konden overheersen? Er zal geen enkel bewijs in het gebeurde, geen enkele verdenking in de zaak, geen enkel resultaat van de aanklacht worden gevonden.